



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

XC. Contritio an sit causa remissionis; idque etiam solum eum Voto  
Sacramenti?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

cit, sicut & Votum Sacramenti.

A D H. Vbi charitas, ibi & iustitia est, abest peccatum: sed ea præsupponit Contritionem.

## Q V A E S T I O X C.

*Quantum opus Contritione ad remissionem?*

L V THERANI, ut Kemnitius p. 2. Exam. pag. 964. *Impossibilis est sufficientia & perfidio contritionis: Et eius persuasio facit vel Phariseos, vel desperabundos. Conscientia enim nunquam certa de sufficientia semper dubiam anet de remissione.* Item CALVINVS Inst. l.3. c. 4. §. 2. *Conscientia miris modis torquentur, dum sibi debitam peccatorum contritionem imponunt, nec affequuntur Debiti Mensuram.* Et §. 3. *Ostendat unum, qui bniusmodi Contritionis doctrina vel non sit ad desperationem adducta: vel simulationem doloris iudicio Dei posuerit.*

A V T O R. I. Luthero. Calvinistæ sua doctrina poenitentiali fideles adiungunt ad desperationem. 1. *Quia ad remissionem requirunt acrem, veram, seriā Contritionem: Atqui hæc debet esse ex toto corde perfecta: iuxta Deut. 4.* Inuenies Dominum, si ex toto corde quæseris eum, & tota tribulatione anima. Deut. 30. Rursus: Attalem, (sicut & Dilictionem) afferūt aduersarii esse impossibilem in hac vita. Ergo necessariò impossibilis est remissio peccatorum: quæ est desperationis doctrina.

Mentitur itaque Calvinius à nobis requiri parem iræ Dei; quæ, ut infinita, est homini impossibilis. At S. Scriptura nil impossibile exigit: exigit autem, Ioel. 2. *Conuertimini ad me in toto corde vestro.* Et sic conuerteret aliquos testatur: 4 Reg. 23.

*Similis illi non fuit Rex, qui reuenteretur ad Dominum in omni corde suo. Item & conuertendos: Ierem. 24. Ego ero illis in Deum, qui reuertentur ad me in toto corde suo.*

II. Dolor de peccatis debet esse summus Appretiatuè: scilicet, in appetitu Rationali, quo Voluntas summè detestatur peccatum. 2. Non autem Intensiuè, scilicet, in appetitu Sensifluo; in quo moralis possiblitas sufficit. Quia hoc est conuerti toto corde; licet alii magis, alii minus habeant sensum doloris: at Voluntatem habere oportet omnes. 3. Neque certum gradum doloris Scriptura requirit: Nam ea præcipit nobis cognitu, factuque humanitus possibilia; at de gradu nil docet. 4. Neque opus ut tot sint artus contritionis, quot sunt peccata; et si perutile foret. Quia Pœnitentia esse momentanea potest. Isa. 30. *Chum reuersus fueris saluus eris.*

## Q V A E S T I O X C I.

*Contrito an sit Causa Remissionis, idque etiam tantum Voto Sacramenti?*

L V THERVS in Assert. att. 12. *Volo contritionem: sed dico eam non operari iustificacionem aut remissionem peccatorum: Fides enim in Verbum Dei iustificat & purgat.* Sic & CALVINVS Inst. l.3. c. 4. §. 3. Kemnitius, &c. Quia hic etiam pertendit, Contritionem nec cum voto Sacramenti operari remissionem ante Absolutionem.

S Y A D E N T istis. 1. *Charitas prædicens Contritionem causat remissionem:* Luc. 7. *Remittuntur ei, quia dilexit scilicet, antè, non iam diligit.* &c. Plura Bell. l.2. o. 14.

A V T O R. I. *Contrito verè est causa remissionis.* Sic omnis Thologia;

Vv 3 &



& Conc. Trident. & S. Scriptura, in meo Antichristis, part. 3. q. 34. Itemq; S. Patres. Et tamen gratis iustificamur; quia Contritio est ex Dono Dei; cui cooperatur contritus, & meretur in gratia gratiam auctorem, de congruo, ex Dei benignitate; quod meritum est non simpliciter, sed aliquo modo. Sic Aug. epist. 106.

**II.** Contritio cum Voto Sacramenti operatur remissionem etiam ante Absolutionem. 1. Peccavi Domino: 2. Reg. 12. Et continuò Nathan ait: Dominus quoque transluxit peccatum tuum. Psal. 31. Dixi: Confitebor aduersum me iniustitiam meam: Et tu remisisti iniquitatem peccati mei. 2. Charitas efficit filios Dei, 1. Ioann. 3. ac proinde hæredes Dei, Gal. 4. 3. In articulo mortis, fatentur ipsi aduersari, si non adsit Confessarius, aut Baptizans, potest quis iustificari contritione cum voto Sacramenti.

**DICO AD I.** Dilectio est dispositio ultima ad remissionem, coniuncta cum Contritione.

**A D** Kemnitium: Vult cum suis, Fidem solam iustificare: Hæc si exciteretur ante Absolutionem auditione, lectione, aut Baptismi recordatione; quomodo iustificatio non erit peracta etiam ante absolutionem. Deinde Lutherus ait: Credete absolutum, & absolutus es, et si joco absoluaris.

#### Q V A E S T I O X C I I .

An illum peccatum Pœnitentia non delectatur?

**N**OYATIANI negasse videntur de enormibus peccatis testis Paciano epist. 3. amb. 8. Idemq; Arma chamus probabile esse censuit. I. Quia, 1. Reg. 2. si peccauerit vir in virum, placuisse potest Deum; Si autem in Deum peccauerit vir, qui pro eo orabit? II. Pro. 1. Vocatus, & renuntiata. Et in eo abutitur. & non exoneratur. III. Annochus, 2. Mach. 9. orabat fratrem De-

um, à quo non esset misericordiam confecturum; Eli Heb. 12. postea cupiens hereditare benedictionem, repudians eum. Non enim inueniri penitentie locum, quanquam cum lacrymis inquisisset eam. IV. Peccatum in Sp. Sanctum, est irremissibile. Mat. 12. Luc. 12. Mar. 3. 2 & Heb. 9. Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati eum. 3. Heb. 10. Voluntate pœnitenib[us] nobis est accipere notitiam veritatis, iam non relinquitur hostia propria- to. 4. 1. Ioan. 5. Et pœcatum ad mortem, propon- dieo, ut roget quatuor.

Vides supra quest. 80. LUTHERVM ex parte; CALVINVM perfekte Nouatianisare. Vide item in Genealog. p. 3 q. 19.

**A V T O R.** Indubitatum est, esseq; debet; omnia peccata, quot, quanta & qualia sint, expiari Pœnitentia posse. 1. Teste S. Scriptura in meo Antichristop. 9. 35. 2. Sic definitio Ecclesiæ in Conc. Lateran. c. 1. 3. Ita S. Antiquitas S. tra- trum ac Cōfensus. Hil. Can. 8 in Mat. Ambr. 1. 2. de Poen. c. 4. Hier. Aug. B. ill. Chrys &c.

**D I C O A D I.** Indicat Heli peccatum in Deum, quam in homines, difficulter remitti. Et, quis orabit: ait S. Amb. 1. 1. de Poen. c. 8. non significat, nullus, sed quis signis amicus Dei: Qualis, Exo. 32. Mois exauditus est pro idolatria populi.

**A D II.** Illa de damnatis in oratione contunduntur. Sicut Matt. 25. fatus clamant, Aperi. Itemque, Luc. 13. talibus dicitur: Misericordia vestra. Sic Luc. 16. clamat in flammis Eupolo. Aut, qui ea de Viis accepit, ista intelligat obstinate impenitentes.

**A D III.** Antiochus corporis mon- bum, mortempue deprecatus est; non nimis. Esau benedictionis locum non inuenit; quod iam in alium esset translatum.

**A D IV.** Refolumendum quaruntur duo.

Pœcatum in Spiritum Sanctum quod sit, & qualem Sententia variant.

I. ORI-